



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Anselmvs Ep. 21. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

stratum eoqué loco fons medicā salubritate præditus erupit. Et quemadmodum sœpè divinos genios vivens habebat hospites, ita moriens eosdem adepta comites, in cælum evolavit, anno salutis M. CCC.XVII. Mortem multi infantes à suis cunis, quā sermone, quā cantu celebrarunt. Corpus putredine taboqué intactum virtutum ac præci-  
puè castimoniae luculentam præbuit testificatio-  
nem. Ex Bullâ Canonizat.

*Vt sancta anima Christi charactero utrobiique signetur, eum in corde suo signaculum ponat, ut amoris ejus facibus medullitus inardescat; ponat etiam in brachio, ut pietatis operibus valenter insistat.*  
S. Pet. Damian. l. 7. ep. 9.

## S. ANSELMVS EP. 21. April.

**F**acile mundum despicit, quisquis æquis oculis aspicit. Testis luculentus ANSELMVS est. Vidit hic (nebulam ab oculis Deo removente) quem nos mundum dicimus, immundam, quā patet, pa-  
lu dem esse, cœni omnis ac sordium colluviem: in hâc voluntari miseros homunculos; hinc delicias suas haurire delicatulos, hîc gemmas querere avaros, hîc triumphare ambitiosos. Miratus AN-  
SELMVS posse tam sordidâ lacunâ pisces gaude re tam nobiles, oculum ad religiosorū septa transstu-  
lit, & ædes sibi videre visus est regio opere stru-  
etas, & omnibus delitiis affluentes. Has itaque ingressus, ex Monacho Cœnobiarha, ex Cœno-  
biarcha Pontifex Cantuarie mortuus memoratur, anno M. C. IX. vir qui è minimis quibusque  
rebus maxima dare documenta scivit. Nam, ut  
alia silentio prætermittam, cùm lepusculum  
sab equum suum fugientem à canibus undique  
cingi